



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

B. Rosa Virgo. 4. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

B. ROSA VIRGO. 4. Septembris.

R O S A M etiam in autumno donamus,  
unam eandemque & castis nivibus  
& verecundâ purpurâ formosam. Pro-  
tulit Viterbum Italiæ urbs, fovit D.  
Francisci hortus, &, ne male alii, be-  
ne cælum carpsit. Hæc inquam R O S A,  
ut contra procaces manus se armaret, à  
primis annis omnibus corporis afflic-  
tionibus se dedit. E gravissimo morbo  
decumbens & jam jam moritura cùm  
ea de alterâ vitâ differuisset, quæ oculis  
tunc coram intuebatur, testesque di-  
ctorum sorores jam olim defunctas nomine  
quamque compellasset, V I R G O M A T E R  
intervenit, & porrò vivere, sed inter eas  
jussit, quæ Magnum Franciscum sub  
Minorum veste sequuntur. Quod cùm  
è morbo recreata R O S A egregiè præsti-  
tisset, denuò ad eam Magna M A T E R  
invisit. Et sufficere poterat id spectacu-  
lum, sed illa alterum objecit, F I L I U M  
tormentis olim omnibus exercitum, qui  
nimirum tot plagis saucius cor amantis  
etiam ipsum tam sauciavit, ut tum de-  
nique verè inter spinas R O S A dixi-  
ses. Sub idem tempus cùm Friderici I I.  
Imperat. Factioñem castigassent, cum  
omni familiâ urbe ejcta Sorianum ve-  
nit. sed exilium leve Angeli & non mul-  
tò pòst morte Friderici libera patria fece-  
runt.

M m 5

runt.

554 VITÆ SANCTORUM. 5. Sept.  
runt. Placuit tamen etiam præ hâc ex-  
lum, quod quòd facilius videret, circa an-  
num M. CCLIV. oculos clausit. Ex vitâ  
apud Moniales D. Rosæ.

*Nulla vel brevis hora subrepat, in quâ  
non habeas memoriam Filii Dei pro tuâ mi-  
seriâ, & suâ misericordiâ crucifixi. Quid  
faciet Dominus majestatis, si nos, qui ci-  
nis & pulvis sumus, tantæ misericordia  
viderit ingratos?* S. Bern. op. de char.  
cap. 32.

S. EUDOXIUS M. 5. Septembris.

**C**Lamat EUDOXIUS illud hodie no-  
bis: *Exeat aulâ, qui pius esse cupit.*  
Certe quod pietatem Christianam cole-  
ret, licet aulæ Imperatoriaæ comes, aulâ  
tamen ejectus est. Sed neque extra hanc  
ferre in EUDOXIO Diocletianus potuit  
probitatem, sed in vincula jussit abripi,  
quasi verò vinciri virtus posset. Eudo-  
xius ubi adesse exploratores intelle-  
xit, necdum notus mensæ admovit  
suæ, lauteque & perquam liberaliter ha-  
buit. Inde sius ipse jam proditor, lubens  
volens ad Imperatorem abiit, pugna-  
que edidit, quas sperare à voluntario  
Christi milite posset. Sed neque solus in  
aciem prodiit. Prodiere cum Duce tam  
forti mille centum & quatuor, qui om-  
nes ad tyranni pedes cum superstitione  
primo balteum, mox vitam etiam

pro-